



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1859**

VII. Heinrich und Alberich, Schenken zu Dönnstedt, verkaufen dem Kloster  
Marienburg vor Helmstedt acht Hufen zu Lütgen Hackenstedt, am 9. Juli  
1273.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55003](#)

domini Episcopi Castrum Emersleue cum omnibus attinentiis, que ipsi obligauerat et dominus Episcopus concessit in restaurum eidem Castrum in hakenstede et allodium suum ibidem cum mansis attinentibus et decimam in villa predicta. Prefecturam nichilominus in civitate halberstadiensi concessit eidem tali conditione adiecta, quod quando dominus Episcopus vel successor eius ipsius septingentalis marcas ei dederint examinatis argenti, castrum premissum et bona prescripta dapifer absque ulla difficultate et contradictione qualibet domino episcopo vel suis successoribus resignabit. Partem bonorum Episcopus vel ecclesia redimere non poterint, nisi ex toto bona ipsa redimant et absoluant, nisi mansos et decimam, que tamen aliis poterint obligare. Dapifer memoratus, que si obligare uoluerit, Primitus ea domino Episcopo vel Ecclesia exhibebit. Dapifer particulatum omnem recipiet pecuniam secundum quod eam ipsi Episcopus vel ecclesia de tempore in tempus poterint ministrare et partes illas dapifer in sortem pecunie nominate. Cessabunt etiam omnino siquas adinuicem questiones dominus Episcopus et ecclesia et dapifer habuerunt: nullam preterea de expensis factis in obfudione civitatis in Egelen dapifer habebit contra dominum Episcopum materiam questionis. Acta sunt hec in halberstad, anno gratie M°. CC°. Quinquagesimo primo, Pridie kal. octobris. Presentibus Wiggero, decano maioris ecclesie, wirato, Scolastico, preposito Euerwino, Rudolpho, portenario, Gerhardo et ludolpho de Sladen, canonicis eiusdem ecclesie, Comite vrico de Regensten, Wernbero de Suselitz, hald. de hertbeke, Geuehardo de aluensleue, henrico de heimburg, Nicolao de bimbburg, aluerico, pincerna, aluerico, kamerario, friderico de hersleue, Johanne de Eileslue. Formam prescriptam sive data seruabant dapifer sepe dictus et sui heredes et eis fideliter seruabitur in futurum: partem decime in Sehusen, quam habet dapifer, dominus Episcopus ad voluntatem ipsius conferat cuiuscumque uoleat. Summam quoque triginta marcarum in Edificiis hakenstede non excedet. In testimonium validum Sigillo domini Episcopi, Capituli Maioris ecclesie, Comitis vrici de Regensten, Johannis, dapiferi, heinrici et nicolai de heimburg prefens cedula de forma conscripta compositionis predicte.

Nach dem Originale des Königl. Provinzial-Archives zu Magdeburg.

VII. Heinrich und Alberich, Schenken zu Dönnstedt, verkaufen dem Kloster Marienberg vor Helmstedt acht Hufen zu Lütgen Hackenstedt, am 9. Juli 1273.

We Heinrick vnd Aluerick, Schencken van Donstede, bekennen — — dat wy hebben vorkoest der Kercken des Berges funte Marien vor Helmstede achte Houen, belegen to Lütcken Hackenstede, mit orer tobehorunge vor hundert Marck Halberstadeskes Suluers — — de we hebben van den Edelen Manne, alse Greuen Günzel van Swerin, to menlickien Lene, vnd hebben genomen seuentich Marck von den berorden Gelde, vnde willen besorgen, dat de gesachte Greue vnd sine Eruen werden geuende den Egendom der benanden houe der kercken — — vnd wannen de Gifte gescheen is, — — schullen vns de andern drittich Marck — — betalet werden. Vnde vppe dat düsse vormiddelst vns truwelicken werden vorfulltet, hebben gelouet mit

vns Otto van Dreyleue, Erick vnd Ludeleff, Broder von Eszbecke, Brun van Eils-  
lone, Riddere, in de Hande Herrn Cordes, proftes der gefechten Kercken, Haltonis des  
Edelen van Harpeke, Geuert van Aluensleue vnd fyner Sone, Geuert vnd Heinrick,  
der Riddere, — —. Acta sunt hec in castro Archsleue, Anno domini millesimo ducentesimo  
septuagesimo tertio, septimo ydus Julii.

Nach einer neueren, im Archive der schwarzen Linie zu Erxleben vorhandenen Abschrift einer alten, von einem Notar  
publ. verfaßten Uebersezung, aus Wohlbrück's Sammlung.

VIII. Graf Helmold von Schwerin vereignet dem Kloster Marienberg vor Helmstedt acht Hufen  
zu Klein-Hackenstedt, am 5. November 1274.

In nomine sancte et individue trinitatis, Nos Helmoldus, dei Comes Zwerinensis,  
omnibus in perpetuum. Fragilitas conditionis humanae requirit, ut ea que inter presentes rite agun-  
tur scripture testimonio confirmantur, nam que processu temporis obliuione depereunt, literarum  
testimonio reuiuiscant. Noterint ea propter tam posteri quam presentes huius pagine inspectores,  
quod nos accedente legitimo et beniuolo consensu dilectorum fratrum nostrorum Gunzelini vide-  
licet Joannis et Nicolai proprietatem octo manforum, sitorum in minori Hakenstede, cum  
omnibus pertinentiis et areis, et prorsus cum omni jure et utilitate, sicut nos posseimus, coram  
venerabili domino nostro Conrado, sancte Magdeb. ecclesie Archiepiscopo, ad instanciam  
honestorum virorum Aluerici et Joannis, pincernarum de Donstede, qui eosdem mansos a  
nobis in pheodo tenuerunt et nobis resignauerunt, dedimus et donauimus ecclesie Sanctimonialium  
montis sancte Marie extra et prope muros ciuitatis Helmestede ob spem ac meritum retributio-  
nis eterne, et ut nostra ac eciam progenitorum et heredum nostrorum ibidem jugis memoria in  
(antea) babeatur. Hujus donationis nostre sunt testes Dominus Burchardus Camerarius, Dns.  
Sifridus, Cantor, dicti de Querenuorde, Guntherus de Swal恩berge, custos, Hinri-  
cus de Grunenberge, Canonici Magdeb., Nobiles vero sunt Comes Guntherus de Lin-  
dowe, Olricus et Hinricus, Comites de Regenstein, Conradus, Comes de Werni-  
gerode, Borchardus, Comes de Welpin, Dns. Waltherus de Barebie, milites vero  
sunt Hinricus Hucfit, Hermannus Rabe, Nicolaus Vos, Helenbertus de Comene,  
Guntherus de Bertensleue, Geuehardus de Aluenfleue et filii ejusdem Geuehardus  
et Hinricus, Johannes de Gaterfleue, Helmerus de Dreyneleue et alii quam plures  
clericci et laici fide digni. Ut autem hec nostra donatio inuiolabilis et stabilis perpetuo perfueret,  
presentes literas nostras in testimonium conserbi jussimus et sigilli nostri robore communiri. Datum  
et actum in Yerzleue, anno gracia M°. CC°. LXXIII, in die Nonarum Nouembris.

Geden's Cod. VI, 570.